Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

&iam impios uisuros dm. a diabolo quoq: ipsum dm uisum putant.
sic accipientes quod scriptum est. in libro iob uenisse cum angelis
& diabolum in conspectu dī. ut & iam illud ueniat in questionem
quomodo dictum sit. Beati mundi corde. qui ipsi dm uidebunt.
Et illud pacem sectamini cum omnib: & sci ficationem. sine quane
mo poterit uideri dm. Multum enim miror. si eo usq: pgredi
untur qui existimant impios uisuros dm. & a diabolo uisum dm.
ut eos & mundo esse corde & pacem. ac sci ficationem cum omnib:
sectari ad seuerent. Ac pho c quod scriptum ē. in libro iob uenisse
angelos in conspectu dī. & uenisse cum eis diabolum. non ideo
diabolus dm uidisse credendus est. Ipsi enim dicti sunt uenisse
in conspectu dī. non ds in conspectu eorum. uenium autem incon
spectum nrm quae uidemus. non a quibus uidemur. Nam in
in conspectu dī sint omnia. Hunc enim quaeritur quomodo uide
atur ds. Non ea specie qua & in isto saeculo quibusdam uoluit
apparere. quando non solum cum abraham. alis que iustis.
uerum & iam cum cain fratricida locutus est. sed quomodo
uid&ur in illo regno. ubi eum filii eius uidebunt sicut est.
Tunc quippe satiabitur in bonis desiderium eorum. Quo desiderio
flagrebat moyses cui loqui ad dm facie ad faciem non sufficiebat.
& dicebat. Ostende mihi tem & ipsum manifeste. ut uideam te.
Tamquam dicere &. quod in psalmo ex eodem desiderio cantat.
Satiabitur cum manifestabitur gloria tua. De hac uisione loquens
sc ambrosius. non in loco inquit ds uid&ur sicut ad lucem mambre
sicut in monte sina. sed mundo corde. Nec corporeis
oculis ds quaeritur. quibus se ostendit abrahe. isaac. iacob.
& alis in hoc saeculo. Nec circumscribitur uisu. ppt illud
quod scriptum est. Posteriora mea uidebis. Nec tactu tend&ur.
qui luctatus est cum iacob. Nec auditur affatu. sicut non solū
tot sci sed uerum & iam a diabolo auditus est. Nec sentitur